

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3821

Auteur(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1277, mars

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [III], roi de France, accorde à l'abbé et aux moines de Saint-Sauveur-le-Vicomte de posséder leurs acquêts qu'ils ont faits depuis 30 ans.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 884, p. 209.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod cum abbas et conventus monasterii Sancti Salvatoris dicti Vicecomitis, Constanciensis dyocesis, finationem fecerint cum ballivo nostro Constanciensi juxta tenorem ordinationis nostre, super retinendis perpetuo acquisitis per ipsos in feodis et retrofeodis nostris a triginta annis citra, que sunt hec, videlicet ex dono Carbonellorum, quatuor quarteria frumenti ; item ex dono eorumdem, quatuor quarteria frumenti ; item ex dono Radulfi Morin, septem quarteria frumenti, et unus bussellus frumenti, sex panes sex denarii et sex galline ; item ex dono Emme relicte Radulfi Morin, quinque quarteria frumenti, quinque panes, decem denarii et quinque galline ; item ex dono presbiteri de Goe, septem busselli frumenti, tres panes et tres galline ; item ex dono Johanne la Regnee, unus boissellus frumenti et unus denarius ; item ex dono presbiteri de Virandevilla, duo boisselli frumenti, duo panes et duo galline ; item ex dono presbiteri [de] Sancto Remigio de Landis, duo boisselli frumenti, unus panis et una gallina ; item ex dono Rogeri Poutrel, clerici, unum quarterium frumenti, unus panis et una gallina ; que omnia estimata fuerunt decem libras et sex denarios turonenses annui redditus ; nos dictam finationem ratam et gratam habentes, concedimus, quantum in nobis est, predictis abbati et conventui, ut ipsi perpetuo dicta acquisita tenere et possidere valeant pacifice, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo in aliis jure nostro et jure in omnibus alieno. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini M° CC° septuagesimo sexto, mense marcii.